



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XXII. Markgraf Ludwig befreit den Hof Stege bei Osterburg, welche er dem
Bürger Johann von Hohenhausen vereignet, von der Dingpflichtigkeit zu
dem Botding, am 15. März 1344.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

XXII. Markgraf Ludwig befreit den Hof Stege bei Osterburg, welche er dem Bürger Johann von Hohenhausen vereignet, von der Dingpflichtigkeit zu dem Botding, am 15. März 1344.

Nouerint etc. Quod nos etc. Appropriauimus discreto viro Jo. de hoenhufen, cui in osterburg, fideli nostro dilecto suisque etc. et appropriare decreuimus curiam dictam Steghe prope eandem ciuitatem sitam cum III mansis eidem curie adiacentibus seu inclusis nec non cum singulis et vniuersis pertinentiis ipsis curie et mansis ex iure vel ex debito pertinentibus perpetuis temporibus sine inquietatione qualibet possidendam. Exemimusque presentibus eosdem videlicet Jo. et suos heredes legitimos a iurisdictione iudiciaria, que vulgariter dicitur Botdink, nobis in curia et mansis vicibus debitis competente, simpliciter et expresse, Sicquod coram nullo Iudice terre super casibus et causis dictam curiam tangentibus comparere quomodolibet teneantur, Addicientes etiam, quod si predictos Jo. et suos heredes legitimos necessitate rationabili compulsos prenotatam curiam cum suis pertinentiis ut premititur vendere contingeret, ex tunc ipsam curiam et pertinentias premissas emptores vel ementes sub modis, condicionibus et Juribus, quibus prenotatus Jo. ipsam possedit et tenuit, perpetue possidebunt. In cuius Testes Tek, Swartzburg, Buch, hufener, pincerna, helbe, wedel senior et wolf. Datum Soltwedel, anno Domini M^o. CCC^o. XLIII feria II post Letare. Nota quod Joannes de hoenhufen in osterburg feria III. post Letare circa horam vesperarum in gardeleue fatebatur coram domino marchione presentibus supra scriptis excepto duci de Tek, quod dominus Marchio nichil juris in curia dicta Steghe et IV^o. mansis curie adiacentibus nisi tantum collationem.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg No. CXXXVIII.

XXIII. Markgraf Ludwig überträgt dem Bürger Henning von Hohenhausen die Lehnsvormundschaft über die nachgelassenen Söhne des Schulzen Paris zu Osterburg, am 15. März 1344.

Nouerint etc. Quod nos etc. Comisimus et presentibus committimus discreto viro henningo de hoenhufen, ciuitatis nostre Osterburg cui, tuletam et administrationem iudiciariam ciuitatis predictae puerorum henningi et ny. fratrum relictorum paris bone memorie, quondam ibidem prefectorum, sic quod idem henningus eidem pueris fideliter prefit computacionemque de singulis annis, cum per ipsos pueros requisitus fuerit, rationabilem faciat ac decentem, tenendam, habendam et regendam cum vniuersis pertinentiis eidem iudicio ex debito siue iure pertinentibus tam diu, quousque iidem hen. et rule (sic) ad annos debite discretionis peruenerint et etatis, addicientes si sepedictos pueros absque heredibus decedere contingeret ab hac luce, extunc idem iudicium cum suis pertinentiis ut premititur ad prefatum hen. de hoenhus et ad suos heredes legitimos derivari volumus pariter et deuolui. In cuius Testes Teck, Swartzburg, Buch, hufener, pincerna, helbe, wedel senior et ger. wolf. Datum Soltwedel, Anno M^o.